

August Varenius


**Augustus Varenius, D. Collegii Theol. Senior. ... ad Exequias Exanimo corpori ...
Dn. D. Enochi Hutzingii ... Ordinem Academicum suis decoribus, & dignationibus
spledissimum ea, qua fas est, autoritate & humanitate invitat**

Rostochii: Keilenbergius, 1678

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756283248>


Druck Freier  Zugang





Uiac
orum
regium.

Vol. 241. (3.) <SON>



18
AUGUSTUS VA-
RENIUS, D.

Collegii Theol. Senior, Consistorii Ducum Assessor
Acad. Rostochiensis h. t. RECTOR
ad Exequias

Exanimo corpori

Reverendi quondam & Amplissimi VIRI

DN. D. ENOCHI
HUTZINGII,

à Sereniss. Domino, DN. ADOLPHO FRIDERICO,
Duce Mckleb. gloriosiss. recordationis, vocati olim in Acad.
Rost. Professoris Theologi, inde à Senatu Ecclesiastico
Hagæ Comitum, in Belgio primar. Ecclesiæ AUGUST.
CONFESSIONEM professæ Pastoris,

munificè collatione Bonorum curandas
inq; templo Jacobæo hodie hor. med. 2. adornandas

ORDINEM ACADEMICUM

suis decoribus, & dignationibus splendidissimum
eà, quâ fas est, autoritate & humanitate invitat.

Possidon. Calam. Episcopus de AUGUSTINO.

Testamentum nullum fecit, quia, unde faceret, pauper Christi non habuit.

ROSTOCHII,

Prelo FRIDERICI KEILENBERGII, Acad. Typographi,
Anno MDCC LXXIIX.

Consiliorum factorumq; mortalium admiranda sese eventuum successuumq; varietate ostendentiū, sic, ut vel extremè impii rerum omnium hujus seculi cumulatissimā abundantia fruantur, contrā, probi adversa omnia, & ad supremum usq; Spiritum, novercantem sapè fortunam experiantur, curiosior observatio, & Gentilium primarios quosdam, ac Sapientia nomine præ aliis celebratos, in Atheismum variā graduum proportionem induxit, & ipsos quoq; in Ecclesia Sanctos, hos, non in admirationem saltim dando: sed in fastidiosiore quoq; de Providentiā ejusq; viis & Jure pervestigationem & disputationē abducendo, vehementer aliquando exercuit, sollicitosq; habuit, sic tamen, ut apud hos ex *Scholā Sapientia*, & *Sacrario Domini* decisa tandem causa omnis fuerit. — Ut nihil in præsens commentemur de exemplis admirantium, lamentantiumq; hinc sæpè *Sanctorum* (de quibus abunde ex S. Spiritus divinissimis constat oraculis cōf. 1. Sam. XXVI, 18. 19. 20. Jobi XXI, 7. 8. 9. 10. & seqq. Ps. LXXIII, 2. 3. & seqq. Jer. XI, 19. c. XX, 7. 10. 14. 15. 16. 17. 18. Ecclesiasticis c. IV, 1. 2. 4. c. II, 9. 13. ac de ipsā decisione Ps. LXXIII, 17. Eccles. c. II, 11. 12.) sed ex *profana*, nunc saltim exempla promamus, historiā, impulit illud eventuum mortalium, quodq; injusti prosperā fruerentur, qui justii videbantur, adversa premerentur fortunā, præceps ratiociniū, *Diagoram*, ut omne Numen aperte negaret, eodemq; nomine *Athei* cognomen secundum excellentiam impetraret, *Protagoram*, ut de Numine, utrum aliquid esset, dubitaret, *Democritū* & *Epicurum*, ut uterq; PROVIDENTIAM abnegaret, & non modò res hominum: sed & ipsos fidèrum certissimos discursus fortuiti impetus esse, assereret, ipsū *magnum Aristotelem*, ut providentiam cœlo Lunæ limitaret, inferiora verò cetera casui permetteret, alios autem, partim ex Stoicorū, partim ex Academicorū sectā, ut, siue non ad singulos homines, imò ne ad civitates quidē, gentes, nationesq; singulas

providentiā

providentiã extendere, ac Deos, ad instar Regũ, magna saltẽ
curare, minora negligere, statuerent, sive ad prosperam adver-
samvẽ fortunam, qvalis quisq; sit, aut qvemaã modum vixerit,
nihil interesse, ex Providentiã circa res humanas, sive è medio
sublatã, sive certis terminis limitibusvẽ circumscriptã, judica-
rent, illumq; Telamonis versum iterum iterumq; insonarent:
Si Dii homines curarent, benè bonis foret, malè malis, quod nunc abest.
Atq; hinc illa apud Ciceronem l. 3. de nat. Deorũ Cottæ Aca-
demicorum Principis disputatio; *Si Dii hominum generi con-
sulant, Cur duos Scipiones, fortissimos & optimos Viros,
in Hispaniã Pœnus oppressit? Cur Maximus Filium consularem
extulit? Cur Marcellum Annibal interemit? Cur Paulum Cannã su-
stulerunt? Cur Pœnorum crudelitati corpus Reguli est præbitum? cur
Africanum domestici Parietes non texerunt? Cur avunculus meus,
Vir innocentissimus, idemq; doctissimus P. Rutilius in exilio est? Cur
Drusus sodalis meus, domi sua interfectus? Cur temperantia, prudenti-
a, specimen ante simulacrum Vesta, Pontifex maximus Q. Scævo-
la est trucidatus? Cur tot civitatũ Principes à Cinna sunt interemti?
Cur omnium perfidiosissimus C. Marius, Q. Catulum præstantissimã
dignitate Virum mori potuit jubere? Ac postquam commemoras-
set ex ingenti exemplorũ numero, quibus bonis malè evenerit,
subjecit ex magno Catalogo quosdam quibus improbis optimè.
Cur, inquit, Marius tam feliciter septimũ Consul domi sua senex est
mortuus? Cur omnium crudelissimũ Cinna tam diu regnavit? Quid
dicam de Socrate, cujus morti illachrymari soleo, Platonem legens?
Ac post longo ordine alios, Dionysii, duodequãdraginta-
annos opulentissimæ civitatis Tyranni exemplum allegat,
ac pro sublato discrimine bonorum & malorum, vel ipsorum
Deorum judicio, si viderent res humanas, historiã commemo-
rat: Dionysius, inquit, cum fanum Proserpina Locris expilavisset, na-
vigabat Syracusas: isq; cum secundissimè cursum teneret, videt iene,
inquit, amici, quã bona, à Diis immortalibus navigatio, Sacrile-
gis detur? Cumq; in Peloponnesum appulisset, & in fanũ venisset lo-
vis*

vis Olympii, aureum ei detraxit amiculum grandi pondere, quo Jovem ornarat ex manubiis Karthaginensium Tyrannus Gelo, atq; in eo etiã cavillatus est, estate grave esse aureum amiculum, hyeme frigidũ, eiq; laneum pallium injecit, cum id esse aptum ad omne anni tempus diceret. Idem Dionysius etiam Æsculapii Epidaurii barbã aureã demi jussit, neq; enim convenire, barbã esse Filium, cum in omnibus fanis Pater imberbis esset. Nec minũs, mēsas argenteas de omnibus delubris jussit auferri, in quibus, quod more veteris Gracię esset inscriptum, BONORUM DEORUM, uti se velle eorũ bonitate dicebat. Pateras quoq; & coronas, victoriolasq; ceteras aureas, quę simulatorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat, eaq; se accipere, non auferre dicebat: esse enim stultissimã, à quibus bona precarentur, ab iis porrigentibus & dantibus nosse sumere. Igitur, cur hunc nec Olympius Jupiter fulmine percussit? nec Æsculapius misero diurnoq; morbo intabescentem interemit? Atq; ille in suo lectulo est mortuus, in Tympanidis rogam illatus, eamq; potestatem, quam ipse per scelus erat nactus, quasi justam & legitimam hereditatis loco, Filio tradidit. Cur duos illos ora maritima oculos Corinthum Critolaus, Karthaginem Asdrubal evertit? Cumq; objecisset Cottę Balbus: Nonnunquam tamen bonos exitu habere bonos, ex promptu ille, nec ex exitu tale discrimẽ constare, reposuit, quod & boni sæpè malos experirentur exitus, & mali bonos, allegato & Harpalo felici prædone, qui in illa fortunã tam diu vivens, Diogenis judicio, contra Deos testimonium dixerit, cũ contrã, plures captivi, et si talium scelerum puri, acerbè fuerint excarnificati, & Diagora illo Atheo, qui cum Samothraciam venisset, atq; ei Amicorum quidam, ostensis tabulis votivis dixisset: Tu qui Deos putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabellis pictis, quã multi votis vim tempestatis effugerint, in portumq; salvi pervenerint, responderit: Illi autem nunquam picti sunt, qui naufragium fecerunt, in mariq; perierunt. Cumq; eidem Diagorę naviganti, suborta tempestate vectores timidi dixissent, adversam tempestatem non injuriã sibi accidere, quod illu-

eandem navim recepissent, offendit eis multos alios in eodē cursu laborantes, quæ sit vitæ; num etiam in iis navibus Diagonem vebere crederent? Ita vehementius in Stoicos & pro hac sectâ collocutorem Balbum, iudicantē illud pro aris & focus certamen esse, ex illis ipsis eventibus Providentiâ circa res humanas, & sic ipsam Numinis religionē ē medio sublatū ivit Cotta. Atq; nec, quos hic inter optimos cēset, iudicio cœlesti fuere verē boni: nec quicquam verī Numinis habuerunt, quos iudicatus impunē Dionysius est, illi Gentium Dii, quorum cultores iudicio S. Spiritus non minū Athei, quā illorum & omnis Numinis contemtores (quomodo, cum Ephesii, iudicio Demetrii & γαμμα-
τέως illius s. Cancellarii Ephesini, vel prout habet Syrus נשׁוּר
מִמֶּנִּינָה s. Viri Principis in illa civitate, cultores magna Dea Diana, cuius sc. majestatem Asia & totus terrarum orbis colebat, & τῶν, non Διογενούς s. prolis Jovis, prout legit Vulgatus: sed τῶν Διοστῶν s. à Jove dilapsi, prout fingebant, Diana simulacri Act. XIX, 24. 27-35. præ ceteris insanientes essent Idololatæ, nihilominus illi quibus & Diana culta, & tantus Deorum grex, Paulo appellati sunt Athei Eph. II, 12. quomodo enim non Atheitales Polythei, qui nunc ad hoc, nunc ad aliud fictitium Numen alteri contrarium confugerunt, juxta illud Ovidii in Pontum relegati:

Sape premente Deo fert Deus alter opem.

Oderat Æneam propior Saturnia Juno

Ille tamen Veneris Numine tutus erat

qui Deos vitiorum Patronos, ipsumq; Jovem tonantem & cœli templa sonitu quatientem, nunc vel per imbrem aureum in gremium Danaes sese effundentem, nunc cum Alcumenâ adulterantē, nunc in Ganymedem, ministris avibus ardentem, & in plumas coloris albescentem, sinxerunt) nec Stoicorum (pro quâ contra Cottam perorabat Balbus) de Providentiâ Deorum, ab illis, prout vanē hic gloriabatur, erat Physicē constans & sanctissimē & providentissimē constituta ratio. Quomodo enim sibi ipsi consonabat & non in superstitionem atq; anilem exibat illa, sc. mate-

riate

riam rerum, ex quâ & in quâ omnia sint, totam esse flexibilem ac commutabilem, ut nihil sit, quod non ex eâ subito fingi convertiq; per fictricem & moderatricem divinam providentiam possit, quæ proinde, quocumq; se moveat, quicquid velit, sine labore ullo efficere possit, planè, prout humanum membra, nulla contentione, mente ipsâ ac voluntate moventur, & fingere Numen aliis occupatum, de rebus humanis lupinè securum, vel quod non singulos curet, nec irasci possit, ac innumerabiles Deos otiosos, orbi obtrudere, qui tamen negligent res humanas, nec adeo in eodem Polytheismo asserto meliores fuere Academicis Stoici, qui &, ut ut de Providentiâ ac immortalitate animæ, aliquando graviter philosophati videbatur, mox tamè velut sui immemores, super utroq; dubiè trepideq; pronunciarunt e. c. Si modò sapientû illa vera fama est. Sed redimus ad institutum nobis argumentum, de quo inter Gentiles omnes nemo sive veritati cœlesti propius, sive ingeniosius & gravius Senecâ scripsit, in aureo planè libro de Providentiâ, s. quare bonis Viris tot accidant mala, cum sit Providentiâ? Præter Ciceronè & Senecam prolixè de eodem argumento Plutarchus l. i. de placit. Philos. c. 7. Si, inquit, Deus est, atq; hujus sollicitudine dispensantur res humane, cur homines improbi tantâ fortune indulgentiâ fruuntur, cur contrâ probi, eam tantopere novercam experiuntur? Cur Agamemnon, qui


Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθός, κρατερὸς ἤ ἀρχηγῆς
s. æqvè Rex fuit insignis simul & præclarus in armis
ab adultero & adulterâ est oppressus, ac dolo interemptus? Cur Hercules, qui tot generi humano infensa monstra sustulit, à Deianirâ veneno incautus est interemptus? Sed mittimus Hercules, Agamemnones, & quicquid exemplorum parturit Gentilium orbis, & ad tumulum convertimur, ac illum, cujus ex animo corpori nunc supremum humanitatis officium persolvimus, pro quo sive Cotta, sive alius aliquis Academicus causâ sic perorare poterat: Cur ENOCHUS HUZINGIUS, Gedani, opulentissimâ, & beatissimâ, anteqvam domi turbaretur, civitate, honestissimis Parentibus editus, & un-

cum hoc seculo vitā auspiciatus, literis, scientiisq; , quæ Juvēnē decent, cum
in *illustri Gymnasio patrio*, tum in *hac Academiā* probē & sic excultus, ut
anno hujus seculi, & suæ ætatis, XIX. huic Academiæ, quæ tunc *tertium in-*
grediebatur centenarium, Jubilæo, d. XV. Nov., inter *ostodecim Reveren-*
dos (prout habent ipsa Programmatis Jubilæi verba) *Viros & Juvenes, vera-*
pietatis, virtutum & eruditionis flore ornatisimos, collocationis ordine
ostavo, audiret ENOCHUS HUZINGIUS *Dantiscanus Borussus*, supremos
in Philosophiâ honorum titulos, *Brubertâ* & tunc *Promotore Decano*, DN.
PETRO SASSIO, *Prof. Organico*, & Procancellario GEORGIO DASE-
NIO *Mathematico* adipisceretur, quin in *Sacratissimorum fontium*, & ex
his SS. Theologiæ studio, plus ultra eò provectus, ut anno *cio 100 xxv.* in in-
clytâ *Witeberg. Acad.* à *Venerando Collegio Theologico* solemnī ceremoniâ
SS. Theol. LICENTIATUS renunciaretur, quin nondum sic consistente
blando illo plenissimoq; , prout apparebat, felicitatis cursu, ab ipsâ *Reginâ*
Sveciæ Majestate, invictissimi Regis GUSTAVI ADOLPHI augustiss. record.
Serenissimâ Regiâq; Viduâ dignus haberetur, qui *Serenissimo & Re-*
verendissimo DOMINO, DN. ADOLPHO FRIDERICO Duci Mekleb.
Episc. Sver. Administratori, Domino & Patrono nostro quondam Clemen-
tissimo, glorios. record. & à tanto Principe, cum Professio Theologica ipsi
in hac Academ. demandaretur, iteratis Ducalibus literis Theologorum
in inclytâ Acad. *Witebergenſi venerabili Collegio* ad impetrandū Biretū
Doctore Theologicum clementissimè commendaretur, commendatusq;
tantâ manu, Decano tunc Fac. Theol. D. JACOBO MARTINI, Promoto-
re autē D. WILHELMO LYSERO inclytis Theologis *Witteb. excell. mem.*
unâ cum IV. competitoribus, BALDUINO, CASELIO, URSINO, BEH-
MIO, anno *cio 100 xxxix. 28. Aug.* publicè *SS. Theol. Doctōr* crearetur;
Cur, inq; , sub rarâ illâ & inusitatâ *Reginæ & Principis* in se inclinatione (de
quâ, *ut rufato & sorti nascendi* imputada, Tacitus olim dubitaverit) ad tantū
jam dignitatis fastigium provectus, non antea magis, quàm, ex quo purpuræ
& æquabili autoritate & gratiâ *tantus*, plenissimum deinceps asperrimæ fortis
ludibriis, difficultatibusq; iter legit, ut licet & *Professoris* SS. Theol. ipsi ti-
tulus, discurrentiq; locus, vel Auditorium concederetur, nec minùs integrū
stipendium parte magnâ præsentī nummo numeratum, parte alterâ credi-
toribus assignatum, ex *Fisco Ducalis Collegii* exsolveretur, supplementisq;
ex *illustriſsimâ aulâ Sverinensī* iterum iterumq; augetur, confessus tamen
in R. Concilio, in Theol. Facult. & Collegio interclusus ipsi fuerit, ac, & in
congressibus publicis, & ipsâ in re familiari miserrima quæq; & Theologo indigna
ipſi expertus? Cur, cum post illam *Sexennis*, quàm inde ab an. *cio 100 xxxvii. 4. Oct.*
adus


ad usq; c19 10c XLIII. hic Rostochii conc exit miseriam, jam celū ipsum, videretur miserari miserum, & Diplomate Sereniss. ADOLPHI FRIDERICI beatiss. record. armato, in Belgium ablegato, non minus dignitatis & lautioris conditionis, quam curarum plenissimā *Pastoris prim. Eccl. iohar. Aug. Conf. professa*, in splendidissimā totq; illustrissimis Confessoribus tunc in fesa *Hagā Comitū* aperire spartā, a. c19 10c XLIII. mense Nov. aditam, cur, inquam, tanto muneri cælum perennitatē non addidit? sed post *unius anni* intervallum, *Seniorum & Diaconorū* illius *Ecclesie Hag. Com. confessus* illum emisit, pariq; diplomate publico, HUZINGIUM Divi ADOLPHI FRIDERICI, Ducis Mecl. Aug. mem. Serenitati Ducali a. c19 10c XLIV. reddidit? Quomodo cum jam S. Serenitas Ducalis Senatui Academico & Coll. Theol. clementissimē consentiens, admissionem novam, utcumq; à Functio sollicitaretur, nec imperaret, nec posceret, tantis hastenus autoritatib9 & dignationib9 cumulat9, exinde, per xxxiv. annos coactus est *ascetē*, & *incertis sedibus* errans, ac cum *extrema sæpè paupertate* conflictatus, orbem peragrate, ac cum animi mœroribus, tum corporis necessitatibus, extraneorū quoq; colloquia & opem sollicitando, consulere? Quomodo, cum *Gedanense testimonium*, rei ibi benè gestæ & missionis ex statione, quam primā in pareriā subierat, decoræ, grande instar FUNCTIENOCHI rebus, ipsiq; hic dignitati adde- dere potuisset, illud, utut tantā autoritate, & hic quæsitum, & in Acad. VV itreb. cum SS. Theol. Lic. & post 3. ultra decenniū annos, DOCTOR renunciaretur, desideratū, Civi est denegatum, nec in tanto tamen integræ ætatis Romanæ intervallo, necessitatibus *Exulis* ex publico est consultum, sic ut Germaniam & Aquilonem omnem sollicitare, & ex quo ante 7. annos novissimè palans ad nos rediit, denuo hic pro impetranda mensā ambulatoriā & subsidio nummario, Excell. & RRdd. Profess. & Verbi div. Ministror. quorundam beneficentiam opus habuerit implorare? Hic verò, hic in arcanis Providentiæ divinæ submissè tutissimèq; acquiescendum, & commendand9 tamen in ENOCHO, tolerantissimus tor ad verforum, magnus ille animus, ultra turpissimum, vel Senecæ ep. 101. iudicio, Mæcenatis votum est. Non erravit *Cotta*, nec ex adversis hujus vitæ, nec ex ipso exitu, qualis sæpè pessimis lenissimus, optimis acerbissimus, mortalium oculis sese insinuat, judicandum esse. Et tamen omninò de futuro, ex *exitu*, & de bonā velificatione, ex navigatione in portu concludendum. Longè melior mors, inter lingentium canum lingvas, pauperis & ulcerosi LAZARI, quam inter purpuram bysamq; DIVITIS IMPII. *Pauperis anima portatur per ANGELOS in sinum Abrahami. Divitis in locum tormenti.* Neq; dubitamus, quin anima nostri nuper D. ENOCHI & illi ENOCHO æternitatis Candidato jã nunc adfit, & cum animā Lazari *solamen recipiat in sinu Abrahami*, De hoc certos nos esse jubent viva fidei signa, patientia incredibilis, novissima cum DN. *Confessionario* pl. Rev. DN. M. BARCLAIO, *Archidiacono Mariano fidelissimo*, ex fonte Sacro, Soliloquia sanctissima, sumtum de ejus manu Corporis & Sangvinis J. Christi Viaticum, placidissimèq; ex Marafmo senili d. 7. Jun. circa 4. vespertinam, inter preces & suspiria emissus tandem, redditusq; cælo Spiritus. Nos, quod superest, Veterani Doctoris Theologi tantis adversis exerciti, exequias frequentes eamus, vel ex illis beatè Functi experimentis Magnæ illius vanitatis, quā, quicquid mundus extollit & admiratur, laborat, nostræq; vitæ fugacitatis memores.

P. P. d. X. Jun. a. M. DC LXXIIX. Sub Sigillo Reformati Academici.









the scale towards document

09A

Image Engineering - Scan Reference Chart TE263 - Serial No.

ges ac Principes sæpè attoniti audivere : Sua-
minentis vim , non secus ac Demosthenici
petum imperij Proceres sæpè sensere. De
non tantum privati, sed & publici partibus,
inis forma, de religionis purioris vindicijs,
ibus rectè instituendis, litium prolaxis telis
ad publicam salutem conservandam necessa-
ovellorum nostri ævi, novas Utopias somni-
lut alter Sulpitius, studio, usu, experienciâ, &
sed & archivis actisq; publicis haustâ scientiâ
planè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij
storû disertissimû & oratorû jurisperitissimû
t. Accedebat naturalis cum decenti venustate
ta gravitas, in divino cultu pietas, in homini-
s, in negocijs expediendis dexteritas, in adver-
peris continentia, in fortunæ instabilitate
quâ bonæ conscientiæ scuto munitâ, omnes
umniarum, invidiæ & livoris ictus ac morsus
repulit. Aulicis negocijs gravibusq; causis
& occupatissimus fuerit, semper tamen
in respexit, ejus ut quondam alumnus, ita
as defensor, imò & excultor perpetuus fuit.
ioz. viro consultissimo Joanne Albino, pandectarum Pro-
bente, eidem in officio susceptus & in collegium Juridici
us fuerit; præstitit se quoq; in hac vitæ statione fidum
siones crebræ, publicæ curæ & molestiæ, eum aulicos &
iri & Labeonis Jcti exemplo annum quasi cum labori-
quibus tamen cum sensu nimis irretiri & aulæ astringi
caria viri consultissimi Christiani Obmichij J. D. exitij,
demicum sibi creditam, luculenter fœneravit. Virtuti-
n adversus affectuum motus, & adversitatum impetus
mavit, seq; invictum reddidit : ast à morbis corporis se-
otius quò animo fortior, eò semper fait corpore debiliore
um in itinere quodam officij ratione suscepto, correptus
ti initio typum tertianæ simplicis gessit, ita non multò
sentavit, & in ædis inducijs indultis, majori paulò post
ruans, incrementum sumpsit, in quartanam degenerans,
Accesserunt lienis & mesaræi obstructiones, & quart-
ples scorbutus, perennis itidem à capite ad fauces & pul-
alcens indelinens tussis, cujus vehementia, venula pul-
monum